

FRANCISCI RVEI

ribus menses cohibet drachmæ pondere deuoratus, sanguinẽ sudoremq̃ compescit, hydropẽ & febres arcet, oculorũ aciem suo virore reficit, Venereorum petulantem appetentiam retundit: partum proprietate quadã occultiori moderari creditur. Sunt q̃ ab aduersis casibus gestantem liberare, phantasma pellere, cõceptioni aduersari, & oculos ab omni forde purgare Iaspidem dicant,

De Sapphiro. Caput II.

Sapphiri
differentiæ
& nomina

Syrtites.

IOui Phœbo q̃ antiquitũs sacrã sapphirum in duo partiũtur præcipua discrimina. Sunt nanque quæ Orientales seu Indæ, sunt & quæ Podiæ, à loco scilicet suæ generationis, appellantur. Inuenio quoq̃ illam & Syrtitem, ab inuentionis loco, vocari. Quamquam non eam putauerim esse, cuius Plinius meminit libro 37. hist. natural. cap. 10. his verbis: Syrtitæ (inquit) in litore Syrtium, iam quidem & in Lucania